

**A D INVICTISSI-
 MVM, FOELICISSI-
 MVMQVE PHILIPPVM**
**HISPANIARVM RE-
 GEM CATHOLICVM**
Memorabilium
Libri. III.

ANTONII ROSCII PERPINIANENSIS
Jurisconsulti, Regijque Senatoris in Sacro Regio
Barcinon. Consilio, nunc primum editi.



BARCINONE
Apud Claudium Bornatium in forti Aquila.
1564.

Num. 45.
cap. 8.
num. 41.



de la Libr.
24


Coll. Soc. I. s. v. Salm. ex dono Regum.

Reuela Domino viam tuam, & spera in eō, & ipse faciet.
 Et educet quasi lumen iustitiam tuam, & iudicium tuum
 tamq̄ meridiem.
 Subditus esto Domino, & orā eum.

Authoris protestatio.



Vm errare frequenter cuilibet contingat, idque imbecillitati tribuatur humanę, ne tamen pertinaci perseueratione, id quod forsā à me imprudenter, minusq; apte, ac perperā, & male dictum fuerit: audacię potius, temeritatiq; ascribatur: quicquid in præsen-
 ti opere, dictū, scriptumue proponitur, ideo aliorum iudicio, quorū ius est errata emendare, atq; corrigere, me subij-
 cio, submittoque. Itaq; cēseo, persistoque, nihil me dixisse
 velle, quod sanctorum virorum improbetur iudicio, nihil
 que quod à sancta, catholicaque Ecclesia improbatum sit,
 improbariue possit. Id autem quod scriptum male reperia-
 tur, ignorantia solum ascribendum esse, illudque reuocan-
 di statim animum esse: neque velle me id pertinaci defen-
 dere sententia, sed aliorum veris catholicisque sententijs,
 ac correctioni submittere: prout me etiā nūc submitto,
 supponoque, ita vt ab orthodoxa Ecclesia, fidęq;
 catholica, pietate & Christiana religione,
 quas sum professus, Dei mise-
 cordia nunquam va-
 leam separari.



ANTONII RO-
scii, Iure con. Perpinianen.

Memorabilium, AD PHILIPPVM

Hispaniarum Regem Catholicum,
liber primus.

De Iuris ciuilibus causis: & quæ intentio, & utilitas siue
finis sit ciuilibus scientiæ: Exposito eo quod ab Ul-
pia. (in. l. i. ff. de Iusti. & iure) dictum est:

veram (nisi fallor) Philoso-
phiam, nõ simulatam
affectantes.

Cap. I.

S V M M A E.

- 1 Iuris quatuor esse causas.
- 2 Causam efficientem immediatam iuris, Deum ipsum esse.
- 3 Causam mediatam iuris, Iustinianum esse.
- 4 Causam formalem iuris, in forma tractandi esse.
- 5 Causam materialem, siue materiam iuris ciuilibus duplicem.
- 6 Materiam ex qua ius ciuile componitur, ius, iustitiam, & aequitate esse.
- 7 Materiam circa quam ius ciuile versatur, actus hominum esse.
- 8 Causam finalem iuris ciuilibus, bonum regimen, seu beatitudinem, siue com-
mune bonum esse.
- 9 Quæ ratione, ab Ulpiano (in. l. i. ff. de Iusti. & iur.) dictum fuerit: Veram
nisi fallor philosophiam, non simulatam affectantes.